



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 21. Bononia occupata; Bentivolii restituti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

patruo suo hujus urbis Praefectus nomi- *Sacul. XVI.*
 nabatur, Gallorum adventum, ac clande- *A.C. 1511.*
 stina eorum commercia cum Optimatum
 nonnullis edoctus, non sine ignaviæ no-
 ta unacum suis Officialibus, ac præsi-
 diariis Bononia excessit: Igitur Pontifex
 cum se proditum cerneret, atque a civi-
 bus, et si adversus Gallos se tueri vellet,
 potenter defendi desperaret, in hostium
 manus incidere merito verebatur.

§. XXI.

Bononia occupata; Bentivolii restituti.

Solus in urbe remanserat Cardinalis Le- *Guicci. lib 9.*
 gatus, nomine Franciscus Alidosius, *Marian. l. 30*
 qui tum apud Pontificem plurimum gra- *n. II.*
 tia ac auctoritate valebat, hac tamen *Paul. Jov.*
 inquit Paulus Jovius, omnino indignus *in elog. t. 4.*
 erat, sibique ad tam amplos favores il- *Raynald hoc
licitis prorsus mediis viam paraverat.* *ann. n. 59.*
Nihilominus a Julio præter Papiensem E- *Ciacon. in
piscopatum, ac Cardinalitiam dignita-*
tem, etiam Archiepiscopali Ecclesiæ Bo-
noniensi præfectus est, & quamvis præ-
sens rerum status uni Viro spiritualem,
simulque politicam jurisdictionem mini-
me concedi exposceret, hunc tamen Car-
dinalem Dicecisis suæ administratorem
constituit, perinde acsi spatirosus totius
orbis ambitus nullum ultra produxisset
homini-

Sæcul. XVI. hominem, cuius curæ præcipuam partæ
 A.C. 1511. victoriæ partem credere potuisset; ita
 nempe non raro prudentissimi quique
 in discernendis hominum meritis debita
 sagacitare destituuntur, ac Principum fa-
 voribus munia quidem comparantur ab
 iis, quos tamen dotes ad ea munia rite
 obeunda necessariæ neutiquam commen-
 dant. Coeterum vix Pontifex die deci-
 ma quarta Maji Bononia discesserat,
 mox Cardinalis consilii, mentisque in-
 ops hæfit.

§. XXII.

*Papiensis Cardinalis Legatus residet
 Bononia Ravennam profugus.*

Ciacon. l. c.
 p. 230.
 Rayn. l. c.

Hic idem Cardinalis, cum ad augenda
 urbis præsidia mille armatos intro-
 ducere pararet, a populo occlusis portis
 arcebatur: id vero apertum seditionis si-
 gnum erat, hinc Cardinalis de salute sua
 desperans, inaudito ignaviæ probro tam
 Archiepiscopalem Sedem, quam urbis
 regimen deseruit, primo Forum Cornelii,
 demum sub centum armatorum præsi-
 dio Ravennam contendit; præsidiarii
 quoque milites, ut ad sua reverti possent,
 per urbis mænia profliebant, ac nonnisi
 eorum paucis, quibus animus ad quos-
 vis casus ferendos constantior erat, sese
 in arce includebant.

§. XXIII.